

Ad galathas

principatus et potestates traduxit confidenter: palas triumphans illos etc. Sap. i. 4. Benedictus lignum per quod fit iusticia. **S**ignum autem sue intentionis subdit dicens. Per quem mihi mundus etc. quod autem hoc quod dicit. mihi absit gloriari nisi in cruce etc. est propositio exceptiua includens vnam affirmatiuam et aliam negatiuam. ideo duplex signum ponit probans vtramque propositionem. Et primo quidem probat negatiuam. scilicet quod non gloriatur nisi in cruce: et hoc cum dicit. Per quem mihi mundus crucifixus est etc. Illud enim in quo quis gloriatur non est mortuum in corde eius: sed magis illud quod contemnit. **O**blivioni datus sum tamquam mortuus a corde. Manifestus est autem quod in mundo sunt mortua erant in corde pauli. **P**hil. 3. Quia arbitratus sum ut stercoza ut christum laceriferem. Ergo non gloriatur in mundo neque in his que in mundo sunt et hoc est quod dicit. Vere in nullo alio gloriatur nisi in cruce christi per quem. scilicet christum crucifixum mihi mundus crucifixus est. id est mortuus est in corde meo ut nihil in eo cupiam. **S**ecundo probat affirmatiuam. scilicet quod in cruce christi gloriatur dicens se crucifixum mundo. Qui enim gloriatur in aliquo: illud in se preterdit et manifestare desiderat: sed alius nihil in se preterdit nec manifestare desiderat: nisi quod pertinet ad crucem christi. et ideo tantum in ea gloriatur. et hoc est quod dicit. Et ego mundo. scilicet sum crucifixus. q. d. Porto insignia crucis et sum reputatus ut mortuus. Et ideo sicut mundus horret crucem christi: ita horret me. Col. 3. Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum christo in deo etc. **R**onem autem quare non in alio gloriatur ostendit subdicens. In christo enim iesu etc. In illo siquidem maxime gloriatur quod valet et adiuvat ad coniungendum christo. **B**oni alius desiderat. scilicet cum christo esse. Et quod non valet ad hoc ritus iudaicus nec gentilius obsequantia: sed crux christi solus: ideo solum in ea gloriatur. et hoc est quod dicit. In christo neque circuncisio aliquid valet. id est ritus iudaicus: neque proputium. id est gentilitatis obsequantia. scilicet ad iustificandum et ad iungendum christo: sed ad hoc valet noua creatura. Quod quidem patet ex his que dicta sunt. supra. scilicet quia istud est verbum. In christo enim iesu neque circuncisio aliquid valet neque proputium: sed fides que per dilectionem operatur. **E**t ideo que charitate formata est noua creatura. Creati namque et producti sumus in esse nature per adam: sed illa quidem creatura vetusta iam erat et iueterata. et ideo dominus producit nos et constituit in esse gratie fecit quadam nouam creaturam. **J**aco. p. Ut simus in initium aliquid creature eius. Et de noua: quod per eam renouamur in vitam nouam et per spiritum sanctum. **P**s. Emitte spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Et per crucem christi. **L**oz. 5. Si qua est in christo noua creatura etc. Sic ergo per nouam creaturam scilicet per fidem christi et charitatem dei que diffusa est in cordibus nostris renouamur et christo coniungimur. **L**ectio. **V.**

Quicumque hanc regulam secuti fuerint: pax super illos et misericordia et super israel dei. **D**ecetero nemo mihi molestus sit. **E**go enim stigmata domini iesu in corpore meo porto. **G**ratia domini nostri iesu christi cum spiritu vestro fratres: Amen.

Aperta intentione seducendum et insinuata sua: hic consequenter apostolus monet eos. et primo ad sui imitationem. **S**ecundo ut desistant ab eius molestatione ibi. (Decetero nemo etc.) **T**ertio imporat eis gratie auxilium ad predictorum impletionem. **D**icit ergo primo. Intentione mea est ut non nisi in cruce christi gloriatur: quod et vos debetis facere: quod quicumque hanc regulam: quam ego. scilicet teneo secuti fuerint. scilicet hanc rectitudinem gloriandi. **L**oz. io. Non in inuisum gloriatur: sed secundum mensuram regule etc. **P**ax super illos. scilicet gloriatur: quod non nisi in christo gloriatur. pax ista qua quietetur et perficiatur in bono. **P**ax enim est tra-

quillitas mentis. **L**an. 8. Ex quo facta sum coram illo quasi pacem reperies. **L**oz. 3. Pax christi exultet in cordibus vestris in qua etc. Et misericordia. per quam liberetur a peccatis. **T**ren. 3. Misericordie domini quod non sumus consumpti. **S**ap. 4. Gratia dei et misericordia in sanctos eius et respectus in electos illius: Qui. scilicet sunt israel. **R**oma. 2. Non enim quod in manifesto iude. **I**lle ergo est israel dei quod est spiritualiter israel coram deo. **J**oa. p. Ecce vere israelita in quo dolus non est. **R**o. 9. Non enim omnes qui sunt ex israel hi sunt israelite etc. sed qui filii sunt promissionis existimantur in semine. **U**bi et ipsi gentiles facti sunt israel dei per mentis rectitudinem. **I**srael rectissimus interpretatur. **S**en. 32. **I**srahel erit nomen tuum etc.

Consequenter cum dicit. (Decetero nemo mihi etc.) monet ut desistant a sui molestatione. **E**t primo ponit ammonitionem. **S**ecundo rationem eius assignat ibi. (Ego enim stigmata.) **D**icit ergo. (Decetero nemo etc.) quod potest dupliciter exponi. **U**no modo ut decetero accipiat in vi vnius dictionis ut sit sensus. **D**ecetero. id est amodo. **A**lio modo ut accipiat in vi duarum dictionum ut sit sensus. **D**e residuo nemo etc. **Q**. d. ego gloriatur tantum in cruce: de omnibus alijs nemo mihi molestus sit: quod ego de nullo curo. **S**ed prima melior est. **Q**uod autem dicit. **N**emo mihi molestus sit. potest referri ad pseudo quod molesti erant apostolo mouendo questionem et murmurando de obseruatis legalibus. **P**s. **E**go dum mihi molesti essent etc. **U**el potest referri ad auditores non recte sentientes ut dicatur. **N**emo mihi molestus sit. id est nullus auditor exhibeat se mihi tale ut rursus in eo necessitate habeat laborandi. **S**aliter sentiendo quod doceam.

Ronem autem horum assignat dicens. (Ego enim stigmata etc.) **S**tigmata enim proprie sunt quedam note impressie alicui cum ferro candenti. sicut cum huius ab aliquo domino signatur in facie ut nullus eius sibi videret: sed quiete dimittat domino suo. cuius stigmata portat. **D**ocet ergo modo apostolus dicit se stigmata domini portare quasi insignitus sit ut seruus christi. **E**t hoc quod portabat in signa passionis christi patiens pro eo multas tribulationes in corpore suo: secundum illud. **P**et. 2. **X**pus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum etc. **L**oz. 4. **S**emper mortificationem domini iesu in corpore nostro circumferentes etc. **E**t secundum hoc dupliciter potest continuari ad premissa. **U**no modo ut dictum est. **N**emo mihi molestus sit: nam ego porto insignia domini nostri iesu christi in corpore meo: et sic nullus super me ius habet nisi christus. **A**lio modo. **N**emo mihi etc. quod ego habeo multos alios constitutos et stigmata que in persecutionibus quas patior me molestat. et graue est addere afflictionibus afflictio. **U**bi conqueritur. **J**ob. 16. **L**asci dit me vulnere super vulnere. **S**ed prima melior est. **I**mporat autem auxilium gratie dei dicens. **G**ratia domini nostri iesu etc. per quam predicta implere possitis. sit cum spiritu vestro. id est cum ratione vestra: ut veritatem intelligatis. **U**el cum spiritu vestro: quo scilicet debetis legem obseruare: et non carnaliter. **R**oma. 8. **N**on enim accepistis etc.

ExPLICIT aurea expositio doctoris angelici sancti **T**home de aquino ordinis fratrum predicatorum in epistolas sanctissimi **P**auli apostoli ad **G**alathas.

Incipit solennis explanatio eiusdem sanctissimi doctoris **T**home de aquino ordinis fratrum predicatorum in epistolam eiusdem apostoli sancti **P**auli ad **E**pheios.



So confirmamur colunas eius. **P**s. Sic dicit saluati. **N**on minor est virtus quam querere partem tueri. **I**deo non immerito comedatur apostolus: quod et si epheios in fide non fundauit: tamen fundatos in fide confirmauit: ut ipse loquens de ecclesia epheios etc. possit dicere. **E**go confirmamur colunas eius. **E**go. **v**z. israelita natione: christiani religione: apostolus dignitate. **I**sraelita dico natione. **N**am et ego israelita sum ex semine abrahe de tribu beniamin. **S**ede **L**oz. ii.

Item xpianus religione. Gal. 2. Ego eni p lege mortuus sum legi vt deo viuā: xpo confixus sum cruci. viuo ego iā nō ego: viuū vō in me xps. Oz aut nunc viuo in carne in fi de viuo filij dei. Itē apls dignitate p' Cor. 15. Ego sum minimus apostolorum. De his tribus. scde Cor. 12. ii. Israeli te sunt et ego. Semen abrae sunt et ego. mistri christi sunt et ego. vt minus sapiens dico plus ego. Talis debet eē predicatoz sapiētie salutaris. s. israelita quo ad contemplatio nē dei. xpianus q ad religionē fidei. apls quo ad auctatez officij. Ego g iudeus p scripturā: querēs deū p fidem: apls dei p imitationē: pfirmati rē. Cōfirmati ne a fide vacilla rēt: sic artifex: pfirmati edificij ne cadat. Un dictū est. Petro. Luc. 22. Et tu aliqū cōuersus pfirmati frēs tuos. Qd fecit paulus. Un ei ppetit illud Job. 4. Vacillātes pfirmati uerūt fmones tui: Ne pseudo timerēt: sic episcopus cōfirmat puerū ad robur p pusillaminitatē. Un dictū ē de Dauid in ps. Inueni Dauid frū meū: oleo scō meo vnxi eū. manus eni mea auxiliabit ei: et brachiū meū pfortabit eū nihil pficiet inimicus in eo rē. ps. Verbo dñi p paulū scripto: celi. i. ephesij firmati sunt rē. s. ne pmiū glie amitterēt sic platus vel pnceps pfirmat donū ne postea auferat. ps. Me aut ppter inocētā suscepisti et pfirmasti me in cōspectu tuo in eternū. Das pfirmationes petebat psalmista dī cēs. Cōfirma b deus qd opatus es in nobis rē. Das pmittebat apls. 2. Thess. vlt. Fidelis aut deus est q pfirmabit vos et custodiet a malo. Ego g cōfirmati colūnas eius. i. si deles ecclie ephesioz. Fideles eni ecclie dicunt colūne: qz debēt eē recti erecti et fortes. Recti p fidē. erecti p spē. fortes p charitatē. Recti p fidē: fides eni ostēdit rectam viā veniēdi ad priam. Un significat p colūnā nubis. de q Exo. 13. Dñs aut pcedebat eos ad ostēdēdā viā p diē in colūna nubis. Fides eni ad modū nubis bz obscuritatē: qz cū enigmatē. dissolōnē: qz euacuat: humiditatē qz excitat ad deuotionē. Erecti p spēz. Spes eni dirigit ad supra. Un significat p colūnā fumī. de qua dī Judic. 20. Uiderunt qsi colūnā fumī de ciuitate ascendētē. Spes eni ad modū fumī ex igne. i. ex charitate. puenit: in altūz ascēdit in fine deficit. i. in glia. Fortes p charitatē. Fortis eni ē vt mors dilectio: vt dī Can. 8. Un significat p colūnāz ignis q oia cōsumit. de quo Sap. 18. Ignis ardentē colūnam ou cēbabuerūt ignote vie. Sic eni ignis illuminat diaphana. examinat metalla. exterminat cremabilia. sic charitas illumina opera. examinat itētiōez. et oia vitia exterminat. Jā apparet que sit cā huius eplē efficiēs: qd paulus: qd notat ibi. (Ego.) Finalis: qz cōfirmatio: qd notat ibi. (Cōfirmati.) Que mālis: qz ephesij. qd notat ibi. (Colūnas eius.) Formalis p in diuisione eplē et modo agēdi. Duic eplē p mittit glosator ploguz siue argumentū. vbi pncipali duo facit. Prio describit eos. Scō rōnē et modū scribēdi subdit ibi. (Vos collaudat apls rē.) Ephesinos vō qbus scribit: describit a tribus. Pmo a regiōe: qz ephesij sunt asyā ni ab asyā minore. Scō a religiōe: qz hi acceperūt vbu veritatis xpiane. Tertio a stabilitate: qz pstitērūt i fide. Pmo collaudat apls rē. Dic subdit ē rōnē et modū scribēdi. vbi iplicat qrtuoz. Pmo scripture rōnez. Scō actorem qui est apls scribens. Tertio locum a quo scribit: qz a roma de carcere. Quarto nunciuz p que scribit: qz per titicū diaconem. Itra satis patet.

CAP. I.



Rulus apostolus iesu christi p voluntatem dei omnibus sanctis qui sunt ephesi: et fidelib⁹ in christo iesu. Gratia vobis et pax a deo patre nro et domino iesu christo. Bene

dictus deus et pater domini nostri iesu christi qui benedixit nos in omni benedictiōe spiritua- li in celestibus in christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti et imaculati in cōspectu eius in cbaritate. Qui predestinavit nos in adoptionē filioz per iesuz christum in ipsum fm ppositum voluntatis sue in laudem glorie gratie sue.

Hanc eplam scribit apostolus ad ephesios. Ephesij sunt asyāni ab asyā minore que est pars grecie. hi nō fuerunt p aplm pauluz in fide fundati: sed pfirmati. Jaz eni ante qz veniret ad eos erāt cōuersi: vt haberi potest Act. 19. Factum est cū apollo eēt corinthi rē. Post cōuersionē vō suā et apli cōfirmationē in fide pstitērunt: nec pseudo receperunt. Nō g reprehēsiōe: s; cōsolatione digni erant. Ideo paulus eis. nō increpatoziam: s; cōsolatoziaz scribit eplam. Scribit aut ab vrbē roma p titicuz. Intētiō vō ei⁹ est eos in bonis habitis pfirmare et ad altiora puocare. Modus aut agēdi p in diuisione eplē. Pmo g ponit salutatio nē in qua suum affectū ad eos demonstrat. Scō narra- tionē in qua eos in bonis habitis confirmat ibi. (Benedictus deus rē.) Usq; ad qrtū caplm. Tertio exhortatiōez in qua eos ad vltiora bona puocat a caplo quarto vsq; ad locūz illuz cap. 6. Decetero frēs cōfortamini in dño rē. Quarto eplē cōclusionē: in qua eos ad certamē spūale cō- fortat a loco illo. Decetero vsq; in finē. In salutatiōe pmo ponit psona salutās. Scō persone salutate ibi. (Sāctis oibus rē.) Tertio forma salutatiōis ibi. (Hra vobis rē.) In pma pmo nominat psonā ibi. (Paulus.) Scō psonē auctatem ibi. (Aplis xpi.) Tertio auctatis datorē ibi. (Per voluntatez dei.) Dicit ergo. (Paulus apostolus.) Paulus nomen est humilitatis: aplis vō nomē ē digni- tatis: qz q se humiliat exaltabit. Lu. 14. 2. 18. Aplis in quaz iesu nō sathane: sic pseudo. 2. Cor. 11. Non est ergo magnū si ministri eius. s. sathane transfigurent velut ministri iu- sticie rē. Aplis in qz et hoc nō meis meritis: sed per volūta- tem dei. Ecōtra est in multis. Osee. 8. Ipsi regnauerunt et nō ex me rē. Sāctis oibus. s. q sunt ephesi et fidelibus sup- ple scribit. Uel ego paulus scribo sanctis exercitio virtutū: quoad mores. Fidelibus rectitudine cognitiōis quo ad fides. Uel sanctis. i. maioribus et perfectis. fidelibus. i. minoribus et impfectis. fidelibus in qz in hoc. s. i christo nō in sectis suis. (Gratia vobis et pax rē.) Dic subditur sa- lutationis forma in qua implicant tria. s. donū quodlibz. gratificatiō. doni sufficiētia ibi. (Gratia vobis et pax.) Da- toris potētia ibi. (A deo patre.) Mediatoris excellentia ibi. (Et dño iesu xpo.) Tūc eni gratuz est donum quādo sufficiēs est quod datur: quādo a potēte datur. vt quādo a rege vel pncipe datur. quādo p solēnē nunciuz datur vt p filium. Dicit ergo. Gratia scz iustificationis a culpa. et pax. i. tranquillitas mētis et recōciliatio ad deum quo ad libe- rationē a debita pena p offensa vobis supple sit ex hoc scz a deo patre nostro: a quo bona cuncta pcedūt. Jaco. pmo. Omne datuz optimū rē. Et domino iesu xpo sine quo nul- la bona danē. Ideo fere oēs oratiōes finiunt p dñm nrm iesum xpm. Spūm scūm nō nominat: qz cuz sit nexuz pns et filij itelligitur in extremis: vel itelligit in donis sibi ap- propriatis q sunt gratia et pax.

Deinde cum dicit. (Benedictus deus rē.) Dic gratias agendo eos in bono cōfirmat: et hoc tribus modis. Pmo ratione sumpta ex parte christi a quo multa bona adepti sunt capitulo isto. Secundo ratione sumpta ex parte ipo- rum qui de pterito statu malo ad bonum translati sunt.

Ad ephesios

capitulo secundo ibi. (Et vos cum eētis mortui etc.) Tertio ratione sumpta ex parte apli cuius ministerio et diligentia in bono statu positi confirmati sunt capitulo. 3. ibi. (Huius rei gratia etc.) Iterum prima in tres diuiditur: quia primo gratias agendo tangit beneficia generalia. Secundo beneficia exhibita ipsis aplis specialiter ibi. (Que superabundauit in vobis etc.) Tertio beneficia exhibita ipsis ephesijs specialiter ibi. (In quo et vos cum audissetis etc.) Beneficia vero exhibita generaliter humano generi tangit sex. Primum benedictionis in certitudine future beatitudinis ibi. (Benedictus etc.) Secundum electionis in portu dinata separatione a massa perditionis ibi. (Sic elegit vos in ipso etc.) Tertium predestinationis in preordinata associatio cum bonis. scilicet cum filijs adoptionis ibi. (Qui predestinavit nos etc.) Quartum gratificationis in collatione gratie ibi. (In quo gratificauit nos etc.) Quintum redemptionis in liberatione a pena. id est a diaboli fuitate ibi. (In quo habemus redemptionem etc.) Sextum remissionis in deletione culpe ibi. (Remissionem peccatorum etc.) Circa beneficium benedictionis tangit duo. Primum preconium quod dicitur impedi ibi. (Benedictus deus etc.) Secundo beneficium propter quod dicitur impendi ibi. (Qui benedixit nos etc.) Dicit ergo benedictus. scilicet a me a vobis et ab alijs: scilicet corde et opere. id est laudatus deus et pater. id est ille qui est deus per essentiam diuinitatis. et pater propter proprietatem generationis. Incidit autem copulatio non ratione suppositio- nis: quia idem est suppositum: scilicet ratione significationis essentialiter et relative. Pater inquit domini nostri iesu christi. id est filij qui est dominus noster secundum diuinitatem. iesus christus secundum humanitatem. Qui. scilicet deus benedixit nos in spe in presenti: scilicet in futuro benedictus in re. Pone autem preteritum pro futuro propter certitudinem. Bene dixit inquit nos licet nostris meritis maledictos. In omni benedictione spirituali: scilicet quantum ad animam et quantum ad corpus. Tunc enim erit corpus spirituale. per Cor. 15. Semina corpus animale: resurget corpus spirituale. Benedictione inquit habita in celestibus. id est in celo. Et hoc in christo. id est per christum vel in christo operante. Ipse enim est qui conformabit corpus humilitatis nostre etc. Phi. 3. Valde appetenda est benedictio hec. Et ratio efficietis: quia est qui benedicit. Et ratio materiae qua nos benedicit. Et ratio forme: quia in omni benedictione spirituali benedicit. ps. Ecce sic benedicitur homo qui timet dominum.

Deinde cum dicit. (Sicut elegit nos etc.) tangitur beneficium electionis: vbi comendat electio ista: quia libera ibi. (Sicut elegit nos in ipso.) quia eterna ibi. (Ante mundi constitutiones.) quia fructuosa ibi. (Ut essemus etc.) quia gratuita ibi. (In charitate.) Dicit ergo. ita benedictus nos non nostris meritis: sed ex gratia christi: sicut elegit nos et gratis a massa perditionis separandos preordinauit nos in ipso. id est per christum. Jo. 15. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos etc. Et hoc ante mundi constitutionem. id est ab eterno antequam fieremus. Ro. 9. Lum nondum nati fuissent etc. Elegit inquit: non quia sancti essemus: quia nec eramus: sed ad hoc elegit nos ut essemus sancti virtutibus et imaculati a vitis. Utrique enim facit electio secundum duas partes iusticie ps. Declina a malo et fac bonum. Sancti inquit in respectu eius. id est iterius in corde vbi ipse solus conspicit. per Reg. 16. Deus autem intuetur cor. Vel in conspectu eius. id est ut eum inspiciamus: quia visio est tota merces secundum augustinum. Et hoc fecit non nostris meritis: sed in charitate sua vel nostra que nos formaliter sanctificat.

Deinde cum dicit. (Qui predestinavit etc.) subdit tertium beneficium. scilicet predestinationis in preordinata associatioe bonis. Vbi circa predestinationem implicat sex. Primum actus eternum ibi. (Predestinavit.) Secundo temporale obiectum ibi. (Nos.) Tertio presens commodum ibi. (In adoptionem etc.) Quarto fructum futurum ibi. (In idipsum.) Quinto modum gratuitum ibi. (Secundum propositum etc.) Sexto effectus debitum ibi. (In laudem glorie etc.) Dicit ergo. Qui. scilicet deus predestinavit

nos. id est sola gratia prelegit in adoptionem filiorum. id est ut associaremur cum alijs filijs adoptionis in bonis que habituri sumus. Ideo dicit in adoptionem filiorum. Ro. 8. Non enim accepistis spiritum fuitatis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Et infra. Adoptionem filiorum expectates. Quia vero illud quod fit ignitus: pro igne hoc opus fieri: quia nihil consequitur participationem alicuius nisi per id quod est per naturam suam tale. Ideo adoptionem filiorum opus fieri per filium naturam: et ideo addit apostolus. Per iesum christum. Et hoc est tertium quod tangitur in isto beneficio. scilicet mediator alliciens. Gal. 4. Misit deus filium suum factus ex muliere factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus. Et hoc in idipsum. id est in quantum ei conformamur et in spiritu seruimus. per Jo. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis deus etc. ut filij dei nominemur et simus. Et sequitur ibidem. Et scimus quoniam cum paruerit similes ei erimus. Vbi notandum est quod duplex est similitudo predestinationis ad filium: quidam imperfecta que est per gratiam. et dicitur imperfecta. Primum quidem quod solus est secundum reformationem anime. de qua Col. 3. Reformamini spiritu mentis vestre et induite nouum hominem etc. Secundo quod etiam secundum animam habet quantum ad imperfectionem. Ex parte enim cognoscimus: ut dicitur per Cor. 13. Alia vero similitudo erit perfecta que erit in gloria et quantum ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum etc. Et secundum animam: quia cum venerit quod perfectum est euacuabit quod ex parte est. per Cor. 13. Ergo dicit apostolus quod predestinavit nos in adoptionem filiorum potest referri ad imperfectam assimilationem filij dei que habetur in hac vita per gratiam: sed melius est quod referat ad perfectam filij dei assimilationem que erit in patria. de qua adoptioe dicitur Ro. 8. Ingemiscimus adoptionem filiorum dei expectantes. Causa predestinationis diuine non est necessitas ex parte dei: nec debitum ex parte predestinatorum: sed magis est secundum propositum voluntatis sue. In quo quanto comendat illud beneficium: quia ex amore puro pueniens: quia predestinatio secundum rationem preponit electionem: et dilectio dilectionem. Duplex tamen hic causa huius beneficii imensi assignat. Una efficiens que est simplex dei voluntas ibi. (Secundum propositum voluntatis sue.) Ro. 9. Cuius vult miseret: et que vult idurat Jac. 1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis sue. Alia vero causa est finalis que est ut laudemus et cognoscamus bonitatem dei que notat ibi. (In laudem glorie gratie sue.) Et hoc iterum est a quo comendat istud excellens beneficium. scilicet seruitium sibi conueniens. Causa enim diuine predestinationis est voluntas mera dei. finis vero cognitio eius bonitatis. Vbi notandum est quod dei voluntas nullo modo habet causas: sed est prima causa omnium. Nihilominus tamen potest ei aliqua ratio assignari dupliciter: scilicet vel ex parte volentis: et sic quedam ratio diuine voluntatis est eius bonitas que est obiectum voluntatis diuine et mouet eam. Vbi ratio omnium eorum que deus vult est diuina bonitas. puer. 16. Uniuersa propter semetipsum operatus est deus. Ex parte autem voliti ratio diuine voluntatis potest esse aliquid esse creatum: sicut dum vult coronare petrus: quia legitime certauit: sed hoc non causa volendi: sed est causa quod ita fiat. Sciendum tamen est quod effectus sunt ratio voluntatis diuine ex parte voliti: ita. scilicet quod effectus potest ratio ulterio- ris: sed tamen cum vniuersi ad primum effectum non potest ultra assignari aliqua ratio illius effectus nisi voluntas diuina. puta deus vult hominem habere manum ut fuit rationi. et homines habent rationem: quia voluit eum esse hominem: et hominem esse voluit propter perfectionem vniuersi. Et quia hoc est primum effectus in creatura non potest assignari aliquid ratio vniuersi ex parte creature: sed ex parte creatoris que est diuina voluntas. Ergo secundum hunc modum nec predestinationis potest ex parte creature ratio aliquid assignari: sed solum ex parte dei. Nam effectus predestinationis sunt duo. scilicet gratia et gloria. Effectum autem quod ad gloriam ordinant potest quidem ex parte voliti assignari ratio. scilicet gratia. puta petrum coronauit quia legitime certauit. et hoc quia fuit fir-

inatus in gratia, sed gratie que ē p̄mus effectus nō pōt ali-
qua rō assignari ex parte hoīs q̄ sit rō p̄destinationis: qz
hoc esset ponere q̄ p̄cipiū boni operis sit in homie ex se-
ipso r̄ nō p̄ grām qd̄ est heresis pelagiana q̄ dicit p̄ncipium
boni operis esse ex pte nostra. Sic ḡ p̄ rō p̄destinationis
est simplex dei volūtas, qd̄ dicit apl̄s p̄m p̄positū volūta-
tis sue. ¶ Qualiter aut̄ intelligat̄ q̄ de oīa facit r̄ vult p̄
suā bonitatē, sciēdū ē q̄ aliqua operari p̄pter finē pōt, itel-
ligi dupl̄. Vel p̄pter finē adipiscēdum, sicut īfirmus acci-
pit medicinā p̄ sanitatē. Vel p̄pter amorē finis diffūden-
di: sicut medic̄ opat̄ p̄ sanitatē alteri cōicādā. Deus aut̄
nullo exteriori a se bono idiget: s̄ illud. p̄s. Bonoz meozū
nō indiges. Et iō cū d̄r q̄ deus vult r̄ facit oīa p̄pter boni-
tatem suā: nō itelligit̄ q̄ faciat aliqd̄ p̄pter bonitatez sibi
cōicādā, sed p̄ bonitatē in alios diffundēdā. Lōmunicā-
tur aut̄ diuina bonitas creaturē rōnali, p̄prie, vt ipsa rōna-
lis creatura eam cognoscat. Et sic omnia q̄ deus in creatu-
ris rōnalibus facit creat ad laudē r̄ gloriā suā. p̄m illō Esa.
43. Dēm q̄ iuocat nomē meū in gloriā meā creauit euz, vt
s̄ cognoscat bonitatē: r̄ cognoscēdo laudet eā. Et iō subdit
apl̄s. In laudē gl̄ie gr̄e sue, i. vt cognoscat quātum deus sit
laudādus r̄ gloriificādus. Nō dicit aut̄, in laudem iusticie
Nā iusticia ibi locū h̄z vbi iuenit̄ debitum vel ēt reddid̄.
qd̄ aut̄ p̄destinat̄ ad vitā eternā nō est debitū vt dictum
est, sed gr̄a pure gratis data. Nec solū dicit glorie: s̄ addit
gratie q̄ si gloriose gr̄e q̄ est gr̄a in qua ostēdit̄ magnitudo
gratie q̄ p̄sistit etiā in magnitudine glorie r̄ in modo dādī
qz nullis meritis p̄cedētibz: sed adhuc īmeritis existēti-
bus eam dat. Unde Ro. 5. Lōmendat aut̄ deus suā chari-
tatem in nobis, qm̄ si cū adhuc p̄ctōres essemz xp̄us p̄ no-
bis mortuus est r̄. Et parū post. Cū inimici essemz reconci-
liati sumz deo. Patet ḡ q̄ p̄destinationis diuine nulla alia
cā est nec esse pōt q̄ simplex dei volūtas. Un̄ p̄z ēt q̄ diu-
ine volūtatis p̄destinantis nō ē alia rō q̄ diuina bonitas
fily cōicanda.

Lectio. II.

In qua gratificauit nos ī dilecto filio
suo in quo habemz redemptionē per
sanguinē eius remissionē peccatoruz
scdm̄ diuinitas gratie eius.

¶ Hic ponit apl̄s quartū bñficium p̄stit. i. gr̄e. Circa qd̄ fa-
cit duo. P̄rio tāgit hui⁹ beneficij collationē. Scd̄o ostēdit
p̄ferēdi modū r̄ cōditionē ibi. In quo habemz redēptionē
nez r̄. Dicit ḡ p̄mo. Ego dico q̄ p̄destinati sumz in ado-
ptionē filioz in laudē glorie gr̄e sue, r̄ dico gr̄az in qua gra-
tificauit nos r̄. Circa qd̄ sciēdū ē q̄ idēz est aliqd̄ eē gratū
alicui r̄ esse dilectū ei. Ille enī ē mihi gratus quem diligo.
Cum ergo deus dilexerit nos ab eterno nā elegit nos ante
mūdi cōstitutionē in charitate sicut dēn̄ ē, quomodo ergo
in tēpore gratificauit: Et dicēdū ē q̄ illos quos ab eterno
in seipso dilexit in tēpore: put sunt in naturis, p̄p̄rys grati-
ficat r̄ illud qd̄m qd̄ ab eterno est factū nō ē, qd̄ vō in tē-
pore ē fieri d̄r. Unde dicit hic apl̄s. Gratificauit, i. gratos
fecit q̄ simz digni dilectiōe sua, i. Jo. 3. Videte qualē chari-
tatem dederit nobis deus p̄r: vt filij dei nominemur r̄ si-
mus. Cōstuenit aut̄ distingui duplex gr̄a, s. gratis data que
sine meritis datur. Ro. ii. Si aut̄ gr̄a iaz nō est ex operibz
alioquin gr̄a iam nō est gratia. Et gr̄a gratum faciēs q̄ nos
facit deo gratos r̄ acceptos de qua d̄r h̄ic. Notādū est aut̄
q̄ aliq̄ diligim̄t p̄pter aliū: r̄ aliq̄ p̄ seip̄s. Cū enī aliq̄
multū diligo: diligo illū r̄ q̄qd̄ ad illum p̄tinet, nos autē a
deo diligimur: sed nō p̄ nosip̄s, sed in eo q̄ p̄ seip̄sum di-
lectus ē patri. Et ideo apostolus addit. In dilecto filio p̄
quo, s. nos diligit in q̄tum sumz ei filēs. Dilectio, n. fundat̄
sup̄ similitudine. Un̄ d̄r. Eccl̄ici. 13. Qē aīal diligit sibi sile. Si

lius aut̄ ē p̄ nām suā filis patri. Et ideo p̄ncipaliter r̄ per se
dilectus est. r̄ iō nāl̄iter r̄ excelētissimo mō est patris dile-
ctus. Nos aut̄ sumz filij p̄ adoptionē in q̄tum, s. sumz cōfor-
mes filio eius. Et iō quādā participationez diuini amoris
habemz. Jo. 3. Pater diligit filiū r̄ oīa dedit in manu eius
q̄ credit in filiū habet vitā eternā. Col. i. Transtulit nos in
regnū filij dilectionis sue.

¶ Deide cū dicit. In quo habemz redēptionē r̄. Ponit
modū ipsius. Circa hoc autē duo facit. Quia p̄mo p̄ponit
modū ex pte xp̄i. Scd̄o ex pte dei ibi. Scdm̄ diuinitas
gratie eius r̄. Ex pte xp̄i ponit duplicē modū, naz xp̄s p̄
duo nos gratificauit. Sūt, n. duo in nobis q̄ repugnāt gra-
tificatōi diuine, s. peccati macula r̄ pene noxa. Et sic mors
repugnat vite: peccatū aut̄ repugnat iusticie: ita vt p̄ B̄ elō
gati a dei similitudine deo grati nō essemz. Sed p̄ xp̄m nos
gratificauit. P̄mo qd̄ ablata pena, r̄ q̄m ad hoc dicit
q̄ in xp̄o habemz redēptionē, s. a seruitute peccati. p̄. Pe. i.
Nō, n. auro r̄ argēto redempti estis: sed p̄cioso sanguine r̄.
apoc. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Scd̄o dicit̄
mur redempti: qz a seruitute in qua p̄ peccatū detineba-
mur: nec p̄ nos plene satisficere poteramus p̄ xp̄m libera-
ti sumz qz moriēdo p̄ nobis satisficere deo patri r̄ sic abolu-
ta ē noxa culpe. Unde dicit. In remissionē peccatorū. Jo.
i. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Luc. vlt.
Dortebat xp̄s pati r̄ resurgere a mortuis die tertia r̄ p̄re-
dicari in noīe eius penitētiā r̄ remissionēz p̄ctōz. ¶ Mo-
dus aut̄ ex pte dei ponit cū dicit. Scdm̄ diuinitas r̄. Qua-
si dicat q̄ deus gratificans nos nō solū culpam remittit no-
bis: sed filius suū dedit q̄ p̄ nobis satisficere, fuit ex sup̄abū-
danti gr̄a qua voluit p̄ hoc honorē humane nāe p̄seruare
dum quasi p̄ iusticiā homines a seruitute p̄cti r̄ mortis vo-
luit liberare p̄ mortē filij sui. Et ideo dicit. Scdm̄ diuinitas
gratie eius. Quasi dicat. Hoc q̄ redempti sumus r̄ gratifi-
cati sumus p̄ satisfactionē filij eius fuit ex abūdanti gr̄a
r̄ misericordia, put īmeritis tribuit̄ misericordia r̄ misera-
tio. Dec aut̄ que dicta sunt p̄secuti sumz p̄m expositionez
glose, q̄ qd̄m expōvidet̄ extorta, qz idēz p̄tinet in vno qd̄
in alio. Nam idēz est dictū elegit nos: r̄ p̄destinauit nos.
Et idēz dicit̄ p̄ hoc q̄ dicit vt essemus sancti r̄ imaculati:
r̄ per hoc q̄ dicit in adoptionē filioz. P̄pter qd̄ scien-
dum est q̄ est consuetudo apostoli, vt cum loquitur in ali-
qua difficili mā que imediate sequunt̄ sunt p̄missorum
expositio, nec ē ibi inculcatio verborz: sed expositio, r̄ hūc
modū seruat hic apl̄s. Unde seruato eodē verborū ponde-
re aliter a p̄ncipio diuidamus r̄ dicamz q̄ pars ista. Bene-
dictus deus r̄. diuidit̄ p̄mo in tres ptes, qz apl̄s p̄mo red-
dit gr̄arū actionez ibi. Benedictus deus r̄. Scd̄o reci-
tat oīum beneficiorz simul largitiōē ibi. Qui benedixit
nos in oī bñdictione spiritali r̄. Tertio ponit diuinorū
beneficiorz in speciali apertaz expressionē ibi. Sicut ele-
git r̄. Et hec diuidit̄ ī duas partes, qz p̄mo bñficia distin-
cte exprimit. Scd̄o ea exponit ibi. Qui p̄destinauit
nos r̄. Explicat at̄ bñficia. P̄mo quātū ad electiōez
Scd̄o q̄tuz ad ea q̄ sequunt̄ ibi. Ut essemz sancti r̄.
Exponit aut̄ p̄mo de electiōe. Est enī duplex electio, s. p̄-
sentis iusticie. Jo. 6. Nōne duodecim vos elegi: r̄ vnus ex
vobis diabolus est. Et de hac apl̄s nō intendit hic qz ista
non fuit ante mundi constitutionem, r̄ ideo statim mani-
festat de qua intelligit̄: quia, s. de eterna p̄destinationē p̄-
pter qd̄ dicit. P̄destinauit nos r̄. Et quia dixit ī chri-
sto, s. vt christo essemus similes r̄ cōformes p̄m q̄ adopta-
mur in filios, ideo subdit. In adoptionem filiozūm per
sum christum. Docyero q̄ dixit. In charitate, exponit cuz
dicit. In quo habemus redēptionem per sanguinē ei⁹.
Quasi dicat. Nos habemus r̄. Quod vero dicit. Et imma

Ad ephesios

culati exponit eū dicit. In remissione peccatorū. Hoc vero qđ dicit. In aspectu eius. exponit dicens. In laudez glorie gratie sue.



Clectio. III.

Ue superabūdauit in nobis in omni sapientia et prudentia: vt notum faceret nobis sacramētū voluntatis sue scđm beneplacitū eius quod propo-
suit in eo in dispensatione plenitudinis tempo-
rum instaurare omnia in xpo que in celis et que
in terra sunt in ipso.

Constitis beneficis cōiter oib' collatis: hic apls ponit bñ-
ficia spāliter aplis collata. Diuidit autē hec pars in duas.
qz pmo pponit bñficia singulariter apostolis collata. Se-
cundo ostēdit cāz eoz ibi. (In quo et nos forte vocati sūt.)
Circā primū tria facit. qz pmo pponit singularia apostolo-
rū beneficia quātū ad excellētia sapiētie. Scđo q̄tum ad
spālem reuelationē sacramēti absconditi ibi. (Ut notum
faceret rē.) Tertio exponit qđ sit illō sacramētū ibi. (Se-
cundū beneplacitū rē.) Dicit ḡ pmo. Dico qz scđz diuitias
gratie eius oēs fideles cōiter tam vos q̄ nos habemus re-
demptionē et remissionē peccatorū p sanguinē xpi. q̄ gdez
gratia abūdauit in nobis. i. abundantius fuit q̄ in alijs. Ex
quo apparet temeritas illoz vt nō dicam erroz q aliquos
sanctos presumpūt comparare aplis in gratia et glia. Mani-
feste. n. p̄ ex verbis istis q apli habēt grām maiore q̄ aliq
aly sancti post xpm et virginē matrē. Si vō dicat alios san-
ctos tñ mereri posse q̄tum et apostoli meruerūt: et p conse-
quens tantā gratiā habere. Dicēdū ē q bñ arguerēt si gra-
tia p meritis daret. qz si ita eēt iā nō esset grā vt dī Ro. ii.
Et ideo sicut deus p̄ordinauit aliquos sanctos ad maio-
rem dignitatē: ita et abūdantiorē grām eis infudit: sicut xpo
homini quē ad vnitatē persone assumpsit cōtulit grāz sin-
gularem. Et gloriofam virginē mariā quā in matrē elegit
et quātū ad aiām: et q̄tum ad corpus grā impleuit. Et sic apo-
stolos sicut ad singulārē dignitatē vocauit: ita et singularis
gratie p̄uilegio dotauit: ppter qđ dicit apls Ro. 8. Nos
ipsi p̄mittas spūs habētes. Glo. Tēpore p̄us et ceteris abū-
dantius. Temerariū est ergo aliq̄ sanctū aplis p̄parare
Superabūdauit ḡ grā dei in apostolis in oī sapiētia. Nam
apostoli p̄positi sūt ecclesie sicut pastores. Jere. 3. Dabo
vobis pastores scđz cor meū et pascēt vos sciētia et doctrina.
Duo autē spectāt ad pastores. s. vt sint sublimes in cognitio-
ne diuinoy: et industry in actione religiōis. Nā subditi istru-
endi sunt in fide et ad hoc necessaria ē sapiētia q̄ ē cognitio
diuinoy. et q̄tum ad hoc dicit. In oī sapiētia. Luc. 21. Ego
dabo vobis os et sapiētiā cui nō poterūt resistere nec tra-
dicere oēs aduersarij vestri. Itē gubernādi sunt subditi in
exteriorib': et ad h̄ necessaria est prudētia. Mat. 10. Estote
ergo prudētes rē. Sic ḡ apparet bñficiū aploz quantum
ad excellentiā sapiētie. **C** Sequit eoz bñficiū quātū ad
excellētiā reuelationis ibi. (Ut notū faceret sacramen-
tum rē.) Quasi dicat. Sapiētia nostra nō ē vt sciam' natu-
ras rez et syderū cursus et h̄: sed in solo xpo. p̄ cor. 1. z. Nō
enī iudicauī me scire aliqd iter vos nisi xpm iesum rē. Un
hic dicit. Ut notū faceret sacramētū. i. sacru secretū. s. my-
sterium icarnationis qđ fuit ab initio absconditū. Cāz autē
hūi' sacramēti absconditi subdit dicēs. Volūtatis. Nā effe-
ctus futuri nō cognoscuntur nisi cognitis causis suis: sicut
eclipsim futuram nō cognoscim' nisi cognoscēdo cāz eius.
Cum ḡ cā mystery icarnatiōis sit volūtatis dei: qz pp nimia
caritatē quā deus habuit ad hoies voluit incarnari. Jo. 3.
Sic enīz deus dilexit mūdū vt filiū suū vnigenitūz daret
Volūtatis autē dei occultissima ē. p̄ cor. 1. z. Que dei sunt ne-

mo nouit nisi spūs dei. Cā ergo incarnationis occulta fuit
nisi qbus deus reuelauit p spūm sanctū sicut apls dicit. p̄
cor. 1. z. Dicit ḡ: vt notum faceret sacramētū. i. sacz secre-
tum qđ ideo ē secretū: qz volūtatis sit. Mat. 11. Confiteor
tibi dñe pater celi et terre qz abscondisti hec a sapientibus et
prudētibus: et reuelasti ea paruulis. Itē col. 1. Mysterium
qđ absconditū fuit a seculis et generatiōib'. nūc autē mani-
festatū est sanctis eius qbus voluit deus notas facere diui-
tias glorie sacramēti hūi'. Quid autē sit hoc sacramētū ex-
ponit dicēs. Scđm beneplacitū rē. Que qđē sententia tri-
cata est: et debet sic strui. Ut notū faceret rē. Qđ gdez sa-
cramētū est instaurare oīa in xpo. i. p̄ xps. Oīa dico q̄ in cel-
et q̄ in terris sūt. Instaurare inq̄ in eo. s. xpo cū dispēsate
plenitudinis tēpoy. et hoc f̄z beneplacitū ei'. Ubi tria tan-
git. s. sacramēti cām: tēpoyis cōgruitatē. et sacramēti vtilita-
tez. Cām quodāmodo tāgit cū dicit. Scđm beneplacitūz.
Licet autē q̄qd deo placet bonū sit: hoc tñ beneplacitū dei
anthonomastice bonū dī. qz p ipm ad p̄fectā fruitionē bo-
nitatis perducimur. ps. Beneplacitū est domino sup timē-
tes eū. Ro. 12. Ut probetis q̄ sit volūtatis dei bona et bene-
placens et perfecta. Cōgruitas tēpoyis fuit in dispēsatione
plenitudinis. de qua dī Gal. 4. Ubi venit plenitudo t̄pis
misit deus filiū suū factūz ex muliere. Un apls hic exclu-
dit questionē friuolā quā gētiles querere p̄stauerūt. vt. n.
dicit Job. 24. Ab oipotēte nō sunt abscondita tēpoy. Un
sicut oīa ordinat et dispēsat: ita et tempora dispēsando: et ac-
comodando ea effectib' quos pducit scđm congruentiā eo-
rū sicut autē aly effectib' ab eo pductis tēpoy ordinata
sunt: ita et certū tēpus p̄ordinauit ab eterno mysterio in-
carnationis. qđ qđē tēpus fm glo. exiēs fuit postq̄ hō cō-
uictus fuit de sua insipietia ante legē scriptā. dum. s. creatu-
ras colebat vt creatorē: vt dī. Ro. 1. Dicētes se esse sapien-
tes stulti facti sunt. Et de potentia per legē scriptam: quāz
implere nō poterat: vt sic hoies aduentū xpi de sua sapien-
tia et virtute nō presumpētes nō cōtemnerēt: sed quasi infir-
mi et quodā modo ignari ipsum auidius affectarēt. **C** Et
effectus hūi' sacramēti est instaurare omnia. Nā in quātūz
facta sunt ppter homines oīa restaurari dicunt. Amos. 9.
Suscitabo tabernaculum dauid qđ cecidit: et reedificabo
aperturas muroz eius: et ea q̄ corruerant instaurabo. Oīa
inq̄ que in celis. id est angelos. nō qz p angelis mortu' sit
xps: sed qz redimēdo hominē reintegrat ruina angeloz
ps. Implebit ruinas rē. Ubi cauendus est erroz origenis
ne per hoc credamus angelos dānatos redimēdos esse p
xpm: vt ipse finxit. Et que in terris inq̄tum celestia terre-
nis pacificat. Col. 1. Pacificas p sanguinez crucis eius sine
q̄ in terris: siue q̄ in celis sūt. Qđ est itelligēdū quātū ad suf-
ficiētiaz: et si omnia nō restaurantur quantū ad efficacā.

Clectio. III.



In quo etiam nos sorte vocati sum' p̄
predestinati scđm propositū eius q
operatur omnia scđm consiliū vo-
luntatis sue: vt simus in laudem glo-
rie eius nos qui ante sperauimus in christo.

CSupra posuit apls abundantiam gratie quā ipse et aly apo-
stoli a christo receperunt. ne autem crederet aliquis eos
proprijs meritis eam recepisse: ideo consequenter ostēdit
qz gratis eam receperunt vocati a deo nō proprijs meritis
Diuiditur autem pars ista in tres. quia primo pponit gra-
tuitam vocationem. Secundo voluntariam dei predesti-
nationem ibi. (Predestinati scđm propositum eius rē.)
Tertio vtriusqz sinez ibi. (Ut simus in laudē glie ei' rē.)
Dicit ergo. Dixi qz h̄ gratia superabūdauit in nobis et qz
in christo omnia restaurata sunt. In quo etiaz. id est p que

christum nos sorte sumus vocati. id est non nostris meritis sed diuina electione. Col. i. Gratias agētes deo et patri qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine etc. ps. In manibus tuis sortes mee. Ad huius autem intellectum sciendum est quod multa sunt iter homines que fortuita videntur et contingunt: que tamen sunt secundum diuinam prudentiam ordinata. Sors nihil aliud est quam exquisitio prudentie diuine de aliquo contingenti et humano. Unde augusti. super illud ps. In manibus tuis sortes mee. dicit quod sors non est aliquid malum: sed in rebus dubiis diuinam exquirens voluntatem. Est autem in sortibus triplex peccatum vitandum. Primum quod est superstitionis. nam omnia vana et illicita religio superstitio est. Tunc ergo in sortibus scurriliter peccatum illicitum superstitionis quoniam in eis inueniuntur aliquid pactum cum demonibus. Unde dicitur. Ezech. zi. Stetit rex babilonis in biuio. in capite duarum viarum diuinationem querens. omnes sagittas iterrogauit ydola. extra. consuluit. Comiscere enim sagittas ad sortilegium pertinet: et iterrogare ad superstitionem. Et ibi sortilegium damnae inter peccata ad superstitionem pertinentia. Secundo vitandum est peccatum tentationis dei. nam quoad diuinitatem se homo aliquid potest facere et scire quod debeat facere. si tunc a deo sorte vel aliquo alio tali explorat quod facere debeat deum tentat. Quando autem necessitas iminet neque ipse per seipsum iuuari potest: tunc licite a deo inquirat quod facere debeat. z. Paral. zo. Cum ignorem quod agere debeam: hoc solum habemus residuum ut oculos nostros dirigamus ad te. Tertio vitandum est peccatum vanitatis: quod fit si de inutilibus et impertinentibus ad nos inquiramus: puta de futuris contingentiis. Unde dicitur Act. i. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que per vos sunt in sua potestate. Potest ergo sors hoc triplex sors accipi. scilicet quodam diuisoria. quodam consultoria. quodam diuinatoria. Diuisoria est cum aliqui diuidentes hereditatem et concordare non valentes mittunt sortes. puta anulū vel quartam: vel aliquid tale dicentes: ille cuiusque enenerit habebit partem istam in hereditate. Et huiusmodi sortes possunt mitti licite. Prouer. is. Contra dictiones comprimit sors: et iter potentes quoque dyudicat. id est iter volentes diuidere. Consultoria autem fit quoniam quis dubitans quod facere debeat consulit deum mittens sortes. Jone. i. dicitur. Quoniam superuenit tempestas illa in mari consuluerunt deum sorte mittentes. ut scirent cuius peccato tempestas illa venisset. Et hic modus licitus est maxime in necessitatibus et in electionibus potestatum secularium. Unde faciunt rotulos de cera in quorum quibusdam ponunt aliquas cartas et in quibusdam non: quos bussulos vocant. ut illi quibus veniunt bussoli cum cartis habeant voces in electione. Sed hoc ante aduentum spiritus sancti apostoli fecerunt etiam in electione spirituali. Act. i. quoniam sors cecidit super mathiam. sed hoc post aduentum spiritus sancti amplius non licet in predictis electionibus. quia hoc faciendum iniuriarum spiritui sancto. Credendum est enim quod spiritus sanctus puidet ecclesie sue de bonis pastoribus. Unum post aduentum spiritus sancti quoniam apostoli elegerunt septem dyaconos non miserunt sortes. Et ideo in nulla electione ecclesiastica hoc modo licet. Diuinatoria autem sors est inquisitio de futuris soli diuine cognitioni referuatis. Et hec semper habet vanitatem admixtam: nec potest sine vicio curiositatis fieri. Quia ergo sors nihil aliud est quam inquisitio rerum que ex diuina voluntate fiunt: gratia autem eius ex sola diuina voluntate dependet. Inde est quod gratia diuine electionis dicitur sors: quia deus per modum sortis secundum occultam prudentiam non ex alicuius meritis per gratiam internam vocat.

Deinde cum dicitur. (Predestinati etc.) ponit voluntariam dei predestinationem de qua dicitur. Ro. 8. Quos predestinauit hos et vocauit. Cuius quidem predestinationis ratio non sunt merita nostra: sed mera dei voluntas. propter quod subdit. Secundum propositum eius. Ro. 8. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati

sunt sancti. Et autem secundum propositum predestinauerit probatur. quia non solum hoc: sed et omnia alia que deus facit operatur secundum consilium voluntatis sue. ps. Omnia quecumque voluit dominus fecit. Esa. 46. Consilium meum stabit et omnis voluntas mea fiet. Non autem dicitur secundum voluntatem: ne credas quod sit irrationabilis. sed secundum consilium id est secundum voluntatem suam que est ex ratione. non secundum quod ratio ipso: tunc discursum: sed secundum quod designat certam et deliberatam voluntatem. Ultimo autem tangit finem vtriusque. scilicet predestinationis et vocatiōis. scilicet laudem dei. Unde dicitur. Ut simus in laudem glorie eius: nos qui ante sperauimus in christo: et per nos qui credimus in christo laudem gloria dei. Esa. 55. Montes et colles cantabunt coram vobis laudem. Laus autem glorie dei: ut dicit Ambrosius. est cum multi acgruuntur ad fidem. sicut gloria medici est cum multos acquirat et curat. Ecc. 2. Qui timetis dominum sperate in illum et in oblatione veniet vobis misericordia.

Lectio.

V.

In quo et vos cum audiuissetis verbum veritatis euangelium salutis vestre in quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre in redemptionem acquisitionis in laudem glorie ipsius.

Postquam enarrauit apostolus beneficia collata cōter omnibus fidelibus et exhibita specialiter apostolis: hic autem enumerat beneficia ipsis ephesens collata. Diuidit autem pars ista in duas: quia primo proponit beneficia eis exhibita. Secundo insinuat affectum suum ex ipsis beneficiis excitatum ibi. (Propterea et ego audiens etc.) Prima iterum in tres diuidit scilicet tria beneficia eis exhibita. quia primo proponit beneficium predicationis. Secundo beneficium conversionis ad fidem ibi. (In quo et credentes signati estis etc.) Tertio beneficium iustificationis ibi. (Signati estis etc.) Dicit ergo quantum ad primum. In quo. scilicet christo et vos cum audiuissetis. id est cuius beneficio et virtute audiuissetis verbum predicationis in quantum ipse christus ad vos predicatores misit. Ro. 10. Quomodo audiet sine predicatore. quomodo vero predicabunt nisi mittantur. Item eodem infra. Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum dei. Ergo beneficio audiunt quod predicatores eis mittit. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Hoc verbum predicationis tripliciter commendat apostolus. Primo a veritate cum dicit. Verbum veritatis. Quippe quia accipit originem a christo de quo dicitur Joannis. 17. Sermo tuus veritas est. Jacobi 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis sue. Secundo quia est annuntiatio bona. Unde dicit. Euangelium: quod quidem annunciat summum bonum et vitam eternam. et antonomastice verbis fidei euangelium dicitur quasi annuntiatio summi boni. Esa. 52. Quia pulchri pedes annunciantis et predicantis pacem annunciantis bonum predicantis salutem. Eod. 41. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Et hoc est quantum ad futura bona. Tertio describitur quantum ad bona presentia quia saluat. Unum dicit. (Salutis nostre). id est quod creditum dat salutem. Ro. 1. Non enim erubescio euangelium. virtus enim dei est in salutem omni credenti. i. corinthi. 15. Notum autem vobis facio fratres euangelium quod predicatum vobis: quod et accepistis: in quo et statis: per quod et saluamini. Quantum autem ad beneficium conversionis ad fidem dicit. In quo. scilicet christo. id est in cuius operatione vos credentes signati estis. Quod quidem beneficium ideo ponitur fidei: quia fides necessaria est audientibus. Frustra enim quis audiret verbum veritatis si non crederet. Et ipsum credere est per christum. infra. 2. Gratia enim saluati estis per fidem. Et hoc non ex vobis. donum enim dei est. Quantum vero ad beneficium iustificationis dicit.

Ad ephesios

